



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani E Societate Iesv Adolescens Prodigvs

Scribanius, Carolus

Monasterii VWestphaliae, M.DC.XXI.

Admodvm Revdo, Prænobili, Et Amplissimo Domino D. Adolpho Henrico
Droste, [...]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46252)

ADMODVM REV^{do}, PRÆNOBILI,
ET AMPLISSIMO DOMINO

D. ADOLPHO
HENRICO
DROSTE,
ECCLESIAE CATHEDRALIS
MONASTERIENSIS
SCHOLASTICO,
SERENISS. PRINCIPI

FERDINANDO
ARCHIEPISCOPO ET ELECTORI
COLONIENSI,
EPISCOPO MONASTERIENSI,
VTRIVSQUE BAVARIAE DVCI, &c.
A CONSILIIS,
DOMINO ET PATRONO SVO COLENDISS.

ORcus quanta de prodigo tripu-
dia ? Et verò infaustam ille spe-
(:) 2 rans

rans spectansque catastrophem, mentis mulcet gaudiis, & inuido vberelactat malè sanum pectus dum perimat. At magis fausta Prodigio nato, iam non vitrà prodigo, tripudia, cælum inter tot millena agalmata resonat: plauditque è lachrymarum valle superùm excita vocibus seipsa lætior Agni sponsa: & noua iam auctior sobole, auet eandem lachrymarum prodigam spectare: donec euiscerato peccati tabo, proiectis vitiorum corruptelis, calcatis orci compedibus, fauo mendaci oblitis: tum denique cælesti gratia paludatam, sponso suo vernam sistat dilectum, cælitum verò choris ciuem benè meritum inferat. Ipse adeò diuorum Rex pro filiis discolis tot nihilominus lachrymarum, totius immò suū sanguinis æquè ac vitæ (ô amor) admiraculum prodigus, obuiis atq; ebriis amore amplexibus, vitâ sibi
cha.

charius pectus demulcens, festiua in-
dicit gaudia nunquam intermoritu-
ra; factam innuens regno suo acces-
sionem, florere suum successibus san-
guinem, plagam stygi illatam, scri-
ptum nouum cælitibus accolam, no-
uum sibi filium, nouum filio suo co-
hæredem, nouum Flamini suo tem-
plum: Sementem hanc esse suorum
& mutuorum gaudiorum: socias
proinde gratulationes flagitare, suo-
que ex Prodigio iterum filio non pos-
se non collatari. Et quî prodigus pe-
ctus neget prensanti atque ample-
xanti Deo? Cautes seu sit Marpesia,
seu sit ipso durior adamante, mox
vbi illiquefactus, tanti amoris imber
animum resipientem inundat, mi-
rum quantum mollescit, frondescit
in gratiam, gemmat in virtutes, &
tergeminos bonorum operum fru-
ctus protuberans, profanati cordis
sterilitatem postliminiò compensat.

(:) 3

Iner-

Inerrat huic tam sacro themati vtiliter stylus Reu. P. Caroli Scribani, & quem ille piissimis lucubrationibus, ego itidem gementibus prælis filium prodigum parturiendum suscepi. Tempus cùm obstetricaretur, partum hunc typographicum Xenium iure suo indigitari iussit: acquieui lumbens, & nomenclatorem non dedignatus, Xenium hocce, Adm. Reuer. & Prænob. D. Scholastice, Tuæ tutelæ offero, inque argumentum meæ erga Reu. Dom. Tuam obseruantia, omni animi demissione, dedico. Rationes mihi huiusce facti multæ & graues, quas Tibi fortuna præcipuas concessit, dignitas verò illustri loco collocavit. Nec quemquam latere potest, omni laude maiora Tibi tribuisse, qui in Tuos honores conspirârunt. Non eget tam eximia laus nostro acroamate, ne, quod aiunt, soli faces. Scio quid Tua modestia à me proferri

ri veter. Quo magis equidem con-
turbor, quod Xenium hoc, neque
Tuæ, viri prudentissimi, eminentiæ,
nec meo gratificandi studio par esse
perspiciam. Feram id tamen animo
æquiore, quod ab omnibus probè in-
telligi sentiam, nihil Tuæ R. & Præ-
nob. D. ad grauiissimi atq; optimi viri
gloriam, mihi verò ad obsequiorū &
grati animi numeros plurimum de-
fuisse. Vadem igitur diligentia meæ
Xenium hoc subrogo, eo certè euen-
tu, vt virium mearum tenuitatem &
angustias operæ, lautior R. P. Scriba-
ni stylus, Tuo potissimum præstanti
ingenio dignus, resarciat. Deus Opt.
Max. R. & Prænob. D. T. ad fortunam
cælitus temperatam, longiturnā sos-
pitem, & seros annos annumeret.
Monast. VVestphal. ex Typographia
ultima Anni 1621. die.

Adm. Reu. & Prænob. D. T.

humilis Cliens

Michaël Dalius Typog.